

THOMAS DE KEMPIS MONACHVS.



Thomas de Kempis natione Germanus ordinem Canonicorum regularium S. Augustini assumpsit, atq; in eo uitæ statu magnam eruditio-
nis existimationem sibi comparauit. Scripsit is de
Contemptu mundi libros quatuor. Deinde de ui-
ta solitaria, de uera compunctione, de imitatione
Christi, & doctrinale iuuenū, cum multis alijs. ex
quibus eius doctrinam & pietatem facile cognoscere possumus. Itaq; aliquot eius libri in Germa-
nicum sermonem translati, nostro tempore Tiguri-
i editi sunt, nullo tamen authoris nomine expres-
so. Claruit is circa annum salutis 1410. Con. Ges. in
Bibliotheca,